Di Spnos

M. R. P. Maestro fr. Gonçalo de Arriaga.

Carrillo Prov.^l 1649

ACTA

# CONGREGATIONIS

PROVINCIÆ HISPANIÆ ORDINIS Prædicatorum, celebratę in Conuentu Sācti Dominici Benauentani Dominica *Deus qui errantibus*, die vigeſsima quinta Aprilis. Anni Dñi. 1649.

*SVB R. A. P. N. M. Fr. ANDREA Carrillo Magiſtro, Prouinciali eiuſdem Prouinciæ.*



VALLIS-OLETI:
Ex Typographia Bartholomęi Portoles.
Anno 1649.

ACTA

# CONGREGATIONIS PROVINCIÆ HISPANIÆ ORDINIS

Prædicatorum, celebratę in Conuentu Sãcti Dominici Benauentani Dominica *Deus qui errantibus*, die vigesima quinta Aprilis. Anni Dñi. 1649.

*SVB R. A. P. N. M. F. ANDREA Carrillo Magistro, Prouinciali eiusdem Prouinciæ.*



VALLIS-OLETI:
Ex Typographia Bartholomei Portoles.
Anno 1649.

# HÆC SVNT ACTA

CONGREGATIONIS PROVINcialis Prouinciæ Hiſpaniæ Ordinis Prędicatorum, celebratæ in Conuentu Sancti Dominici Benauentani Dominica *Deus qui errantibus*, die vigeſima quinta Aprilis, Anni Domini 1649. Sub R. A. P. N. Fr. Andrea Carrillo Magiſtro, & Prouintiali huius Prouinciæ. Diffinientibus RR. A. PP. NN. Fr. Raphaele Manſo Magiſtro, Fr. Gundiſaluo de Arriaga Magiſtro, & Sanctæ Inquiſitionis Calificatore, Fr. Ildephõſo Gallego Magiſtro, Sanctæ Inquiſitionis Calificatore, & Priore Sãcti Dominici Zamorenſis, & Fr. Ioanne Garcia de Dueñas Præſentato, & Priore Sancti Dominici Benauentani.

## *Denuntiationes.*

DEnuntiamus in hac noſtra Congregatione lectũ, & admiſſum fuiſſe edictum Sanctæ Inquiſitionis, editum 19 Octobris, Anni Domini 1633. & admonemus iterum, quod Priores, & Pręſidentes Conuentuũ non tenentur illud notificare fratribus determinate Feria 6. poſt Octauam Aſſumptionis Beatæ Virginis, ſed ex diſpenſatione Illuſtriſsimi, ac Reuerẽdiſsimi Archiepiſcopi Damaſceni Inquiſitoris Generalis F. Antonij de Sotomayor, noſtræ Prouintię cõceſſa, illud ſufficiat legere quoties in Capitulo, vel Refectorio Acta Capitulorum Prouincialium, ordinationeſque Conuentuum perlegũtur, provt alias denuntiatum fuit.

Item denuntiamus acceptaſſe hoc noſtrum diffinitoriũ Acta Capituli Generalis Valentiæ celebrati in feſto ſanctiſsimo Pentecoſtes Anno Dñi. 1647.

Sub

Cisma parece esto.

1649.



Sub Reuerẽdiſsimo P. F. Thoma Turco Cremonenſi Sacræ Theologiæ profeſſore Magiſtro Generali totius Ordinis Prædicatorum, prꝫter quartam inchoationem: & ſextam declarationẽ; & ſecundam confirmationem quoad illam partem qua præcipitur deputari debere pecuniam infirmario. Et tertiam confirmationẽ acceptamus quãtum ad puram materiam de Auxilijs. Quinta cõfirmatio recipitur, excepto ſecundo mandato, quod Prædicatores Generales non habeant vocem in Capitulo Prouinciali, niſi adſint ſuis Conuentibus. Et præter primam ordinationem, ſextam, & ſeptimam: Et decimam acceptamus quantum ad duos tantum Conuentus Salmantinum, & Vallis-Oletanum. Inſuper non acceptamus vndecimam neque duodecimã ordinationem. Et decimam nonam acceptamus prꝫter clauſulam in ducẽtem obligationem mitendi Acta Ca-

 pituli

pituli Prouincialis ad Generalem.

Item denuntiamus, quod in Capitulo Generali Valentino in hoc noſtro Capitulo acceptato de nouo pręcipitur omnibus fratribus noſtri Ordinis, ſub præcepto formali, & ſub pœna excomunicationis latę ſententiæ, ne quiſpiam directe, aut indirecte per ſe, vel per alium, pro ſe, vel pro alijs Ordinis noſtri fratribus apud perſonas extra noſtrum Ordinem conſtitutas, & ex ipſo non aſſumptas, gratiam aliquã vel penarum remiſsionem à Prælatis noſtri Ordinis obtinendam procuret.

Item denuntiamus acceptatũ fuiſſe in eodem Capitulo Generali Conuentum Roſſarij Sancti Dominici de Orẽſe, & ſtudium generale noſtri Conuẽtus Sancti Vincentij Placentini, nec nõ ſtudium Conuentus Sancti Pauli Cõchenſis.

Item denuntiamus feſtum Sanctæ Catherinę Martyris celebrandum fore

re cum octaua ſimplici per totũ ordinẽ, & in noſtra Prouincia Hiſpaniæ feſtum ſancti Iacobi Apoſtoli, cum memoria per totam octauam in veſperis, & laudibus, etiam in feſtis duplicibus, & ſupra ſicut fit de Sanctis Ordinis.

Item denuntiamus Reuerendiſsimũ P. N. Generalem ſpeciali ſuo indulto cõmiſsiſſe nobis facultatem conſignandi domos pro educatione Nouitiorum in hac noſtra Prouincia, in cuius executionem deſignamus omnes ſtudiorum domos, & Conuentum de Victoria, S. Sebaſtian, Sancti Spiritus de Aranda, Medina del Campo, Ocaña, Talabera, Zamora, Santiago, Lugo, Coruña, Peña de Francia, Sancti Thomæ de Madrid, Logroño, Cuenca, Alcala, Medina de Rioſeco, Peñafiel, Carriõ, Villaeſcuſa, Benauente, Ciudad-Rodrigo, la Vera, Huete. Poterit etiam R. A. P. N. Prouincialis nominare quas voluerit.

Item denuntiamus conſcribendã fo-

re hiſ-

re hiſtoriā noſtræ Prouinciæ Hiſpaniȩ, iux ta ordinationem eiuſdem Capituli Generalis, & vt executioni mandetur committimus, R. A. P. N. Prouintiali deſignationē viri docti, & eruditi ad hoc munus perficiendum.

Item denuntiamus, perueniſſe ad noſtrū Capitulum litteras conuocatorias pro Capitulo Generali Romæ celebrando Anno ſequenti 1650. in feſto Sāctiſsimo Pentecoſtes: quibus perlectis in publico Capitulo electus fuit in diffinitorē, per plura ſuffragia vltra medietatē omniū electorū, R. A. P. Magiſter F. Frāciſcus de Aragō Primariȩ Cathedræ in Salmātina Vniuerſitate moderator, & in ſociū illius à noſtro Diffinitorio fuit electus R. P. Magiſter F. Clemēs Aluarez Regēs Sāctȩ Mariæ ſuper Mineruā.

Ne autē in re tanti momenti ſubrepat obliuio, aut ignorantia, inſerimus denuo Ordinationes, quas Reuerendiſsimus P. N. Magiſter Generalis huic Prouinciæ reliquit, vt ſimul perlegātur quoties hæ noſtræ ordinationes legentur. IN

# IN DEI FILIO SIBI DILECTIS, A.R.P. PROVINCIALI, Prioribus, Magiſtris, cæteriſque Patribus, ac Fratribus noſtræ Prouinciæ Hiſpaniæ.

*Fr. THOMAS TVRCVS SACRÆ Theologiæ Profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & ſeruus, ſalutem, & obſeruantiæ zelum.*

NON ſine magna animi voluptate, ac ſingulari ſpiritus recreatione vidimus, ac perluſtrauimus in perſonali viſitatione noſtra facta per nos, in fine anni 1646. & principio 1647. ſtatum præcipuorũ Prouinciæ noſtræ Hiſpaniæ Conuentuum, quos per Dei miſericordiam, tam in regulari diſciplina, quam in ſtudio litterarum ſatis florentes, & obſeruantes deprehendimus, cum tam ſuperiores Prȩlati, quam ſubditi mores ſuos, ac vitam conformiter ad ſacras Conſtitutiones noſtras, ac ſtatuta prȩdeceſſorũ noſtrorum in Capitulis Generalibus ſancita, non ſegniter omnes componere ſtudeant. Quȩ ſi malitia temporum ex fragilitate humana, ac diabolica aſtutia hinc inde collapſa in priuatis perſonis, aut ſingularibus caſibus interdùm annotauimus, pro paſtorali cura, ac ſolicitudine noſtra tranſeundo, remedijs oportunis reſarcire conati fuimus, pro ſpiciẽ-

do ſingulis Conuentibus provt opus eſſe, & expedire iudicauimus; Vnde perperam omninò cenſuimus multiplicare leges, aut nouis grauare ſtatutis, vel ordinationibus Prouinciam, quæ ijs abundat; ſed tantummodo eos exhortari, & omnes in Domino monere, ac per viſcera Ieſu-Chriſti, vt Pater filios obſecrare, vt tam ſanctè, & prouide ſtatuta obſeruetis, ac obſeruare faciatis, dummodo quibuſdam abuſibus, licet paucis, non tamen exiguis, quæ ſubdolè irrepſerũt ſtabiliorem obicem ponamus, ne altiores radices figant, ſed & radicitus, & penitus euellantur.

Primum eſt circa electiones Canonicas, tam Priorum Prouincialium, quam Conuentualium, quę cum omni libertate Canonica à Concilio Tridentino, ac Conſtitutionibus noſtris ſub pœna nullitatis à nobit fieri præſcribantur, cauendum nobis omninò eſt, ne metu reuerenciali, minis, aut præmijs libertas eligentium, vel in puncto lędatur cũ tanto præiudicio pacis publicæ, ac tranquilitatis conſcientiarum, & ne authoritas Prælatorum indebitis practicis electorum de cætero in dubium vertatur, animos ſubditorum ſuſpendentes, & merito, an ſic electi, ſint legitimè electi, & an eis obedire teneantur, an non. Nam abſolute ceſſat electio vbi adimitur libertas eligendi in 6. Decret. cap. *Vbi periculum de electione*. Vt ergo Prælatus cui de iure Conſtitutionum competit dirigere electiones Priorum, directionis terminos non excedat, memor iudicij diuini eas prudenter ſecundum Deum, & conſcientiam dirigere ſtudeat: non autem coarctet, aut violentet, ne Priorum extorſiones, potius quam electiones eſſe videantur. Quod faciet, ſi quando probabiliter iudicauerit, quod aliquis Conuentus præcipuè ex grauioribus non eliget, niſi dignum, qualificatum, & cõpetentem, neminem ibidem proponendo, ſed omnimo electorum libertati relinquendo. Si autem iuxta conſuetudinem Prouincię iam introductam, etiã extra caſum magnę controuerſiæ, aliquos proponere neceſſe fore iudicauerit, pro qualibet electione, non minus quam ſex proponat, & tales omnes quos in Deo, & conſcientia (ſecluſo omni reſpectu humano, odio, aut amore) illi Cõmunitati magis idoneos,

neos, ac competentes forè exiſtimauerit; idque ſub pœna, vt ſi pauciores, quam ſex propoſuerit, nullus illorum propoſitorum eligi poſsit, aut valeat, ſed electio talis ſit nulla, & alium extra propoſitos, dignum tamen eligere teneantur. Et ſi præter hos propoſitos contingat alium dignum eligi, qui vere, & realiter pro tali Conuentu aptus, & idoneus iudicaretur, eundem confirmare nullatenus differat, provt Capitula Generalia præſcribunt, ac diſponũt Bonon. 1564 Valliſol. 1605. nec propterea quempiã ex electoribus perſequi, aut affligere præſumant; memoris cap. *Sciant cũcti*, in 6. Decretal. vbi hæc habentur: *Sciant cuncti, qui eos ad quos ſpectat electio pro eo, quod rogati, & inducti, eum, pro quo rogabant, vel inducebant eligere noluerunt, ſpoliant, vel iniuſtè perſequuntur, quod ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant.* Quam incurrere decernimus quemcunque Prouincialem ſi eo intuitu, licet ſub quocumque alio palliato prætextu, quempiam à Conuentu aſsignare, ſeu ablegare tentauerit.

Deinde facta propoſitione ſex, vel plurium pro qualibet electione à Prouinciali, vel Prælato, neminem ex illis, aut publicè, aut priuatim, verbo, vel ſcripto, directe, vel indirecte, perſe, vel per alium, aut per alios, aut per quaſcumque interpoſitas perſonas commendare, nominare, aut alijs præponere, aut ſe pro vno magis quam pro alio declarare vllatenus prę́ſumat, nec inſinuando quidem vnum quemcunque illorum cæteris eis futurum eſſe gratiorem; ſed ſeſe omnino indifferentes gerere tenebuntur. Quod prędictis Prouinciali, tam præſenti, quam pro tempore futuris in virtute Spiritus Sancti, ſanctæ obedientiæ ſub formali pręcepto, necnon ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ iniungimus, ac mandamus: præterquam, vt ſi aliter fieri contigerit, electio ſubſecuta ſit nulla, & inuallida, provt præſenti decreto illam nullam, & inualidam, & nullius roboris, aut momenti ex nunc pro tunc illam futuram decernimus, & declaramus; & quicumque confirmator, ſiue ſit Prouincialis, ſiue Vicarius Prouincię, aut electionis, ſiue alius quiſcumque Pręlatus, qui talem electionem ſic factam confir-

mare attentauerit, confirmationem taliter factam annullamus, & inualidamus, & ipſum confirmatorem ab officio, & officijs tenore præſentium abſoluimus, & abſolutum ex nunc pro tunc declaramus, & eum priuatum remanere volumus, donec per nos, vel ſucceſſores noſtros, aut Capitulũ Generale reſtituatur, ſingulorum conſciencias in diem Domini aggrauantes, vt qui huius rei conſcij fuerint, aut complices, quam primũ id nobis manifeſtare teneantur, vt præter pœnas impoſitas congruis remedijs occurramus.

Quod idem de Prouincialibus intelligi volumus reſpectu electionis ſui ſucceſſoris in Prouincialatum, iuxta ordinationem Capituli Tholoſani 1628. vbi ſic habetur: *Prouinciales nullo modo, nec indirectè fratres inducant ad electionem Priorum, ſeu Prouincialis ſucceſſoris faciendum ſub pœnis grauiſsimis, etiam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad honores, & officia obtinenda.* Quod nos tenore præſentium ad honores, gradus, dignitates, & officia etiam obtenta extendimus, ipſo facto eos omnibus ijs ſpoliandos, & priuandos ſi aliquos, vel aliquem ad hunc, vel illum eligendum in ſucceſſorem Prouincialem induxerint, & eos ſi de facto conſtiterit, ſic priuatos ac ſpoliatos decernimus, & declaramus.

Præterea, vt omnes omnino vias occludamus, quibus electiones futuræ, coactionis labe vitiari poſſent, & vt irrefragabiles, liberæ, ac canonicę vocalibus relinquantur, prohibemus in virtute Spiritus Sancti, ac ſanctæ obedientiæ, & ſub formali præcepto, necnon ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda hac vna pro trina canonica admonitione præmiſſa Prioribus Prouincialibus, ne admittant oblationes votorum, procurent, vel ſolicitent vota, aut ſuffragia ad electiones Priorum: & vocalibus inhibemus, ne vota ſua, aut ſuffragia ante quamcunque electionem faciendam, ſiue Prælato ſuo, ſiue alteri cuicumque offerant, & ſecus facientes, tam Prælatos, quam ſubditos, ex nunc pro tunc tenore præſentium priuamus voce actiua, & paſsiua, ac omnibus gratijs, & beneficijs, tam ſpiritualibus, quam temporalibus ordinis noſtri, auferentes ab

omnibus,quomodocumque nobis ſubiectis,poteſtatẽ eoſdem reſtituendi , quam facultatem nobis ſolis reſeruatam volumus,& declaramus.

## *Circa multitudinem Præceptorum.*

LICET Prouinciales in ſuis Prouincijs, & Priores in ſuis Conuentibus poſsint ex rationabili cauſa in his, quę ad bonum regimen neceſſaria ſunt,& ad Conſtitutiones implicite, vel explicite ſpectant , præcepta facere, quæ tranſgreſſores obligent, nedum ad pœnas , ſed etiam ad culpas mortales ex vi voti obedientiæ, prout in Prolog. Conſtitut.non tamen prælati faciles eſſe debent ad mandādum ſub pręcepto,niſi vrgens neceſsitas id expoſcat , quia multiplicare præcepta eſt, fratres in periculum præcipitare; ita Pariſ.1269.Oxoniæ 1280.Ferrar.1290.& in *Pro*log.Conſtitut. Tex.10. *Pre*lati omnes à multitudine præceptorum,& ordinationum abſtineant,ne laqueum animabus ſubditorum inijciant , ne propter defectum vnius , vel paucorum quem vel quos non audent corrigere communitatem inuoluant,& Romæ 1518.*Præ*lati præcepta ad peccata mortalia obligantia, aut nulla,aut quam paucissima faciant,maxime circa eas ordinationes , quę longo tempore ſunt duraturę.Hinc patet quam odioſa reddatur, ac nociua pacifico,ac ſuaui iugo Religionis noſtræ præceptorum indiſcreta multiplicatio,quam contraria Regulę Sancti Auguſtini,ac ſacris Conſtitutionibus noſtris, quę non niſi ad pœnas,non autem ad culpas obligare pretendunt.Hinc tot tam Fratrum, quam Sanctimonialium lamentabiles querimoniæ,qui tanto pondere præceptorū in hac noſtra Hiſpaniæ *P*rouincia,nedum oppreſſos, ſed & ſeſe ſuppreſſos miſerande deplorant.Cui abuſui, vt occurratur omnino volumus,ac mandamus,vt ſi nō omnia omnino pręcepta tollantur,ſaltem certus modus,& moderatio præſcribatur ſic, vt ſeruentur conſtitutiones illeſę. Vnde committimus in proximo futuro Diffinitorio Capituli *P*rouincialis , tàm *Pro-*

Prouinciali eligendo, quàm Patribus Diffinitoribus, cæteriſque Magiſtris à Prouincia acceptatis, vt negotium de multitudine præceptorum matura deliberatione diſcutiãt, videant, & iudicent quid magis expediat pro bono regiminis, iuxta Conſtitutiones noſtras, vel an omnia præcepta diu duratura, & permanentia, penitus ſint tollenda, vel ſi non omnia, quę & qualia ex illis magis neceſſaria; ita tamẽ, vt magna moderatio fiat, ac omnibus Prioribus taxa, ac limites deſignentur, quos multiplicando præcepta excedere non valeant, plura tollantur, & certus modus, ac regula ſtatuatur, ne iugum Religionis noſtræ ex primæua inſtitutione leue, & ex natura ſua ſuaue, reddatur intollerabile, & cõſcientias ſubditorum laqueis innodemus, cum periculo ſalutis æternę, & diſcrimine animarum. De quibus, vt nos quã primùm certiores reddat, volumus, ac mandamus, remittẽdo ad nos ea, quæ in Diffinitorio circa hanc materiam iudicata fuerint expedire, vt eadem approbemus, aut reprobemus, provt opus eſſe cenſebimus.

## *Circa ſtudium, & ſtudentes.*

PRiores, tàm Prouinciales, quam Conuentuales, omnĩ cura, ac ſolicitudine ſtudia litterarum pro viribus promouere nunquam negligant, aut permittant, idoneos condigne præmiãdo, & ineptos, ac infructuoſosq́; ſi qui reperti fuerint à ſtudijs ablegando, à ſcholis remoueantur, ne locum præripiant aptioribus, & multum pro futuris. Exercitia ſtudiorum ſint continua, nec leuiter, & non niſi ex vrgenti, & grauiſsima cauſa in quotidianis lectionibus, aut cõferentijs diſpenſetur, aut ſupercedatur, ſed ſemper remaneãt in continuo motu, auferentes ab omnibus Prioribus facultatem diſpenſandi in pręcepto circa hoc aliàs poſito. Et ſi qui Lectores à ſententijs, & doctrinis in ſcholis noſtris, ſecundum Diſcipulorum S. Thomæ intelligentiam docere ſolitis, deflectere auſi fuerint, & nouas ſententias, aut doctrinas introducere præſumpſerint, illi tales in pœnam ab

officijs

officījs ſuis abſoluántur, ac perpetuo priuati inhabiles declarentur ad omnia officia, & dignitates in ordine, & eorum ſcripta, & dictata acurate examinentur, ac pro meritis iudicio aliquorum Magiſtrorum ad hoc determinandorum cēſurentur, ac condemnentur.

## *Circa ſcripta, ac dictata Lectorum.*

ORdinamos, ac ordinando pręcipimus, vt exacta ratio habeatur ſcriptorum, & dictatorum, tam Cathedraticorum Salmanticenſium, quam Complutenſium, quam etiam Lectorum Collegīj Sancti Gregorīj, & Conuentus Sancti Pauli Valliſoletani, & Abulenſis, & omniū ſtudiorum generalium, & ſemper vnum, aut duo exemplaria nitide reſcripta eorum, quæ legerunt, aut ſcripſerunt in communi depoſito, aut communi Bibliotheca reponantur, ac diligenter ſeruentur: ſub pœna, vt ſi qui Cathedratici, aut Lectores in eo defeciſſe deprehendantur, aut acuratè curare neglexerint, illis nullatenus ſuffragentur lectiones habitę in ordine ad gradus, & tanquam ſi illis annis quibus ſcripta tradere intermiſerunt, non legiſſe habeantur, ac reputentur.

Et cum intellexerimus quoſdam Lectores adeò deſides, qui laborare refugientes cum aliàs, nec ingenio, nec induſtria deſtituti ſint, qui in fide Parentum non aliud faciunt, quam macerias ab alijs emendicatas de verbo ad verbū diſcipulis deſcribenda dictare, quaſi non niſi de carta in papyrum. Volumus, & ordinamus, vt proprio marte, ac genio ellaborent, vt quæ ipſi proprio ſtudio, ac vigilijs, & ſuis cōtemplationibus acquiſiuerunt, & pręmeditata ſunt, alijs dictando perlegant; ita vt ſi quis aliorum materias ad verbum prælegere deprehenſus fuerit, ab officio Lectoris abſoluatur, & à ſtudio relegetur.

Circa

## Circa Librorum impreſsiones.

PRæſenti decreto mandamus, vt pars illa ſpoliorum Fratrum Defunctorum, quæ per Patres Prouinciæ olim deputata fuit in ſubſidium impreſsionum, ac per Procuratorem Prouinciæ à Conuentibus exigi, & recipi ſolet, in poſterum conſignetur tribus Patribus per A. A. P. Prouincialem pro tempore deputandis, qui pecunias illas fideliter ſeruare, & earum rationem reddere tenebuntur. Prohibentes omnibus tam *Prælatis*, quam ſubditis, & quomodocumque curæ noſtræ ſubiectis ſub precepto formali, ac pœnis proprietarijs debitis ipſo facto incurrendis, ne quiſquam alijs vſibus eas applicare præſumat, ſed omnes fideliter, & acuratè ſolis impreſsionibus Librorum deſeruiant, & in ijs ſolis impēdantur iuxta arbitrium *Prouincialis* pro tempore, cum conſilio diſcretorum *Prouinciæ Patrum*.

## Circa veſtuarium.

ORdinamus, ac diſtrictè præcipimus omnibus *Prioribus*, & Conuentuum *Præſidentibus*, eorum conſciētias in diem Domini deſuper aggrauantes, vt omnibus Fratribus prouideant de maxime neceſſarijs indumentis, ſaltem de calceis, caligis, & tunicellis laneis: & ſi quis Priorum authenticam fidem ad Capitulū *Prouinciale*, aut Congregationem intermediam, non ſecum detulerit, qua pateat ſe omnibus ſufficienter prouidiſſe, illum talem ex nunc pro tunc voce priuamus, tam actiua quam paſsiua, nec vllatenus, vt vocalis ad Capitulū admittatur, ſub pœna nullitatis omnium per alios vocales agendorum, aut determinandorum, & ſub pœna nullitatis qualiſcūque electionis, tam *Prouincialis*, quam Diffinitorum ſi vnus talis admiſſus fuerit. Si autem aliquis Priorum expleto termino officij ſimilem ſupradictam fidē exhibere nequiuerit, illū inhabi-

habilitamus,& priuamus voce paſsiua, vt decætero nunquam in Priorem eligi valeat, multo minus in Prouincialem.

Item diſtricte prohibemus ſub pœnis, tam in Capitulo noſtro Generaliſsimo Romano poſitis, quam etiam in Capitulis Prouincialibus huius noſtræ Prouinciæ Hiſpaniæ, quas hiſce preſentibus omnes reualidamus, ne quis ſine vrgente neceſsitate, ac licentia in ſcriptis obtenta ſineis vtatur ad carnes, neque Prouinciales ſint faciles ad huiuſmodi licentias concedendas, niſi vera, realis, ac vrgens ſubſiſtat cauſa per Medicum iurata.

## *Circa Priores inhabiles.*

SIcut Conſtitutionibus noſtris diſponitur, vt in Priorem eligi nullatenus valeat, qui non ſit potens in omnibus, & per omnia ſequi Communitatem, tam in Refectorio, communibus cibis, & ſequela chori; ita de nouo mandamus ſub pœna nullitatis electionis faciendæ, ne quis ad communem vitam ineptus de cætero in Priorem eligi permittatur, ad quod Patres Prouinciales attendere tenentur in Deo, & conſcientia in delectu perſonarum, cum contigerit aliquos electoribus proponi: prohibentes ne quemquam talem confirmare poſsint, etiam ſub pœna nullitatis.

## *Circa Conuentus, qui ex ſolis viuunt eleemoſynis.*

QVia non niſi ſcandala oriuntur ex diuturna commoratione fratrum extra clauſtra prætextu eleemoſynarum conquerendarum, quinimò ſæpè plus detrimenti in temporalibus, quam emolumenti ex eleemoſynis, cum ſe ſuſtentent ex eleemoſynis intuitu Conuen-

 tuum

tuum datis, & ſibi Miſſas applicant, hinc ordinamus, & abſolutè pręcipimus conformiter ad Decretum Senatus Regij nuper promulgatum, ne Priores vllatenus permittant qualeſcunque Religioſos ſibi ſubditos diutius, & quaſi permanenter quocumque prętextu, etiam eleemoſynæ petendæ pro communitate extra Conuentum diuagari, & in villis, aut pagis permanere, ſub pœna abſolutionis Priorum, alijs pœnis arbitrarijs, & priuationis vocis actiuæ, & paſsiuæ Religioſorum vagabundorum, niſi prefixo tempore meſsis triturę, & vindemiæ: tempore meſsis videlicet præciſe per vnum menſem, & tempore vindemiæ per viginti dies, & nō amplius: & ſemper cogātur his peractis diebus rectè ad Conuentum quiſque ſuum reuerti: tempore autem Aduentus, & Quadrageſimæ ſolis Dominicis diebus, & feſtiuis, & quibus opus erit ad eundum, & reuertendum, à Conuentibus ſuis abeſſe poterunt, & à Sabbato Dominicæ in Paſsione, vſque ad tria feſta Paſchalia incluſiuè, & ſi quæ aliæ eleemoſynæ occurrerint petendę, ad ſummum interdum ad octo dies, & non amplius licentia detur, ſicut quando interdum petuntur, vt pro aliquo ſolemniori feſto, vel iubileo lucrando concionem vnam, aut alteram ad Populum habeant, tunc illis ſolis diebus, & vno quo vadant, altero quo reuertantur abeſſe poterunt; exceptis ſupradictis diebus, nullus ſub pœnis taxatis à Conuentu abeſſe pręſumat. Et omnes teneantur pro obligatione Cōuentus, etiam foris exiſtentes Miſſas ſuas celebrare, prout eas Conuentibus ſuis de facto applicamus, & eleemoſynas pro Miſsis receptis fideliter Prioribus ſuis conſignare, ſub pœnis proprietarijs debitis.

Quę licet pauca tamen, vt omninò neceſſaria, ac ſubſtātialia Religionis obſeruanda pręſcribimus, vtpote ſine quibus vera Religio, & obſeruātia regularis, & monaſtica diſciplina ſubſiſtere nequaquam poteſt, ſed vt planè corruat oportet, quod Deus auertat. Vnde iterum, atque iterū obteſtamus, & obſecramus, atque in Domino monemus, vt in obſeruātia prędictorum verus Religionis feruor, ac zelus in omnibus vobis eluceſcat, prout hęc, & his meliora

de

de vobis confidimūs,per gratiam Spiritus Sancti. In nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti. Amen.

Et ne quis prætextu ignorantiæ ſe excuſare præſumat, atque ne ordinationum harum notitia quempiam ſubterfugiat; præcipimus in virtute Spiritus Sancti, ac ſanctæ obedientię,& ſub formali pręcepto,necnō ſub pœna priuationis ſui officij,& vocis actiuæ,& paſsiuæ in perpetuū R.P.M. Vicario Prouinciæ Hiſpaniæ, vt quam primum has litteras, ac ordinationes receperit, ſtatim in publico Refectorio, aut Capitulo omnibus audientibus alta voce, ac diſtinctè perlegi faciat,& eos fideliter excudi, ſiue typis mandari, & ad omnes Conuentus Prouinciæ pręfatę earum exemplaria tranſmitti curet, nobiſque duo, aut tria exemplaria prima oportunitate tranſmittat; præcipientes ſimiliter ſub eodem ſupradicto præcepto formali,& pœnis omnibus Prioribus, & Pręſidentibus Conuentuū huius noſtræ Prouinciæ Hiſpanię, vt intra ſpacium trium dierum à receptione harum, in publico Refectorio, vel in Capitulo coram omnibus Patribus, & Fratribus eas legi, ac publicari faciat. Hoc autem originale ſeruetur in Depoſito Prouincię ab A.R.P. Vicario Prouinciæ, vel protēpore Prouinciali. In nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sācti. Amen. In quorum fidem his officij noſtri ſigillo munitis manu propria ſubſcripſimus. Dat. Cordubæ in noſtro Conuentu S. Pauli, die 21. Aprilis. 1647.

*Fr. Thoma, qui ſupra.*

Regiſtrata fol. 2.

Fr. Marius Ambroſius Capello
M. Prouincialis Terræ S.

*Abſo-*

## *Abſolutiones.*

ABſoluimus omnes Suppriores, & Vicarios Conuentuum non habentium Priores, exceptis Supprioribus de Segouia, Pamplona, Tudela, Carrion, Saelices, quia nuper inſtituti ſunt, & Supprioribus de Piedraita Peñafiel, Aſtorga, de la Vera, de Tabara, & Mombeltran propter inſtanter electiones, vſque ad electionem, & Confirmationem, & pręſentiam Priorum in eiſdem Conuentibus.

## *Acceptationes.*

ACceptamus Magiſterium R. A. P. N. Prouincialis Fr. Andreæ Carrillo, & Magiſterium R. P. Fr. Petri Rodriguez de Peramato Sãctæ Inquiſitionis Calificatoris, & Præſentaturas R. P. Fr. Ildephonſi Miguel in Vniuerſitate Complutenſi Primariæ Cathedræ Moderatoris, & Sanctæ Inquiſitionis Cenſoris, & R. P. Fr. Thomæ de S. Vicente Prioris Obetenſis, & R. P. Fr. Michaelis de Yepes, Lectoris Theologiæ Sancti Petri Martyris Regalis Toletani, & R. P. Fr. Ioannis de la Cruz, Lectoris Theologię Sancti Stephani Salmanticenſis, & R. P. Fr. Bernardi del Caſſo, Regentis Collegij Sancti Grægorij Vallis-Olecani.

## *Expoſitiones.*

EXponimus ad legendas ſententias pro forma, & grãdu Magiſterij incluſiue, R. P. Fr. Thomam de Llano, Priorem Conuentus Sancti Pauli Burgenſis; & ad legendas ſententias pro forma, & gradu Magiſterij excluſiue,

cluſiue, R. P. Fr. Gundiſaluū de Oballe, Regentem Sancti Thomę Regalis Abulenſis.

## *Creationes.*

CReamus in Prædicatores Generales R. P. Fr. Franciſcum Gomez Præſentatum, & Prædicatorem Conuentus Sancti Thomę Matritenſis. pro Conuentu de Soria, & R. P. Fr. Andream Perez de Recalde, Prædicatorem Conuentus Sancti Petri Martyris Regalis Toletani, pro Conuentu de Trianos.

Creamus in Priorem noſtri Conuentus Roſſarij de Orenſe, Fr. Ludouicum de Viuero Pręſentatum, & Prædicatorem Generalem.

## *Admonitiones.*

ADmonemus omnes Patres Priores circà ordinationē factam à Reuerendiſsimo P. N. Generali de Veſtuario præbendo Religioſis, quod nullo pacto admitendi ſunt ad electionem Prouintialis, & Definitorum tā reſpectu actiuæ vocis quam paſsiuæ, niſi iuxta tenorem eiuſdem ordinationis, adduxerint teſtimonium fidedignum, examinandum antecedenter ad quamcunque electionem Prouintialis, vel Definitorum faciendam in quocūque Capitulo, ſiue Prouinciali, ſiue intermedio.

Item admonemus (quod iam ſepius admonitum eſt) Collegio videlicet Sancti Thomæ complutenſis ſubiuniēdum eſſe, ſicut hucuſque: pro quo quilibet huius noſtræ Prouinciæ Conuentus vnam Miſſam ſibi deſignatam in qualibet hebdomada, celebret pro præfato Collegio; quas omnes ex nunc pro tunc pro eodem aplicamus in ſolidum.

# Pracepta ad omnes, & ſingulas Perſonas.

MAndamus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali omnibus, & ſingulis fratribus huius noſtrę Prouinciæ ſequentia.

*De nō ingrediendo cellas.* Primùm. Ne duo, vel plures fratres Ordinis noſtri coexiſtant ſimul in aliqua cella fratrum huius noſtræ Prouinciæ. Excipimus cellas Priorum, & Magiſtrorum Nouitiorum pro ſibi ſubditis. Licebit autem ingredi cellas Magiſtrorum huius Prouinciæ, & eorum qui Prouincialatus officio functi fuerint, Denunciantes, quod cellæ fratrum poſt notificationem aſsignationum, quandiù in Cōuentu commorantur, eodem prorſus præcepto tenentur quo cellæ aliorum conuentualium: Et ſimul declaramus, quod ſi ille, cuius cellam aliqui fratrum ingredi poſſunt, ab ea abſens fuerit, illam pro tunc nō gaudere tali priuilegio, ſeù licentia. Poterunt autem Patres Priores, ſeù Præſidētes Conuentuum diſpenſare cum ſibi ſubditis, dummodo non ſit generalis, aut frequens diſpenſatio, quæ poſt vltimum ſignū poſt Completorium nullatenus fiat, ſine ſufficienti cauſa, & pro qualibet vice. Idemque dicimus de hora duodecima, vſque ad primam horam poſt meridiē, quoties ad ſilentium pulſatur. Ab hoc autem prępcepto nō excipiuntur cellæ conuentuales, cum in eis contigerit aliquem fratrem infirmari, niſi à Priore, aut Præſidente Cōuentus eſſe cellam infirmi declaretur.

*De nō ingrediēdo Curiā Regiam.* Secundùm. Sub eodem præcepto formali mandamus, nequis Curiam Regiam ingrediatur, nec eius ſuburbana, (etiam cauſa ſuſcipiendi Sacros Ordines) nec illic pernoctet; & quando ingreſus fuerit preſentet ſe Priori, ſeù Præſidenti Hoſpitum illius Curiæ, & ſub eodem præcepto teneatur cauſas illi manifeſtare ſui ingreſus in illam Curiā: Declarantes omnes Hoſpites cuiuſcūque conditionis ſint ad ipſum Priorem, ſeù Præſidentem dicti Hoſpitij pertinere,

tinere, etiam quoad correctionem, & punitionem.

Tertium. Nequis adeat Monaſteria Monialium, nec Beatarum, nec aliarum mulierum in vnum congregatarũ ſub obedientia viuentium, neque ad earum Eccleſias ad colloquendum cum ipſis, niſi de licentia Prioris pro qualibet vice; quæ licentia in alium diem translata non valeat, nec dari poſsit à Supprioribus, nec Vicarijs, Prioribus in oppido exiſtentibus.

*De non adeundo Monaſteria monialium.*

Quartùm. Sub eodem præcepto formali mãdamus nequis fratrum noſtræ Prouinciæ agat, nec tractet verbo, aut ſcripto, nec perſe, nec per tertiam perſonam de electione Prouincialis futuri, donec notificentur litteræ concocatoriæ.

*De nõtractando de electione Prouincialis.*

Quintùm. (Vt libertati electionum conſulamus, iuxta Decreta Sacrorum Canonum, & ordinationum Reuerendiſsimi P. N. Generalis.) Præcipimus ſub eodem præcepto, nec non & ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententię ipſo facto incurrenda vna hac pro trina Canonica admonitione præmiſſa, omnibus fratribus noſtræ Prouincię, ne aliquis tractet, nec ſe intromitat in electione Prioris alterius Conuentus, verbo, aut ſcripto, perſe, vel per alios, etiam ſi ſit Prior eiuſdem Conuentus in quo electio eſt futura, & vocem habuerit in electione, vſque dum ſuum officium perfecerit.

*De non tractãdo de electione Prioris alterius Conuentus.*

Sextùm. (Propter maxima inconuenientia, quæ inde ſequuntur) ſub eodem præcepto formali mandamus, necnon ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ vna hac pro trina Canonica ad monitione pręmiſſa ipſo facto incurrenda, omnibus, & ſingulis tam viris quam fœminis, etiam tertij ordinis, noſtræ obedientiæ ſubiectis, ne ſcribant perſe, vel per tertiam perſonam quaſcumque litteras, ſiue ad ſuos Pręlatos, ſiue ad ſubditos, ſiue ad Eccleſiaſticam, ſiue ad ſecularem perſonam, virum, vel fœminam, sine veri, ac proprij nominis, & cognominis quo communiter vti, ac nominari ſolent, vel quouis alio modo remitant; teneanturque ſub eadem pœna loci ſcribere appoſitionem.

*De non mittendo litteras, ſine ſubſcriptione proprij nominis, & cognominis.*

Septimùm. Sub eodem pręcepto mandamus nequis repreſentationibus, ſiue comedijs interſit, niſi in Capitulis Eccleſiarum, in domibus Epiſcoporum, aut publicis ſanctorum ſolemnitatibus, quæ à populo fiunt. Et quod Pręlati, ſeu Conuentuum Præſidentes comedias in domibus noſtris fieri non permittant, etiam ſpõte oblatas, nec fratres eas repreſentent, aut vllo pacto veſtibus vtantur ſecularibus.

*De non videndo comedias*

## *Præcepta particularia ad ſpeciales perſonas.*

PRæcipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctę obedientiæ, & ſub præcepto formali ſequentia.

*Fratres depoſitati adquid teneãtur*

Primùm. Quod fratres depoſitati in hac noſtra Prouincia, ſiue in aliquo ipſius Conuentu (modo ſint ex noſtra, modo ex aliena Prouincia) teneantur ad omnia pręcepta tam Prouinciæ quã Conuentum in quibus ſunt depoſitati, & pro his teneantur tot Miſſas dicere, ac cæteri aſignati, hebdomadam facere, & omnia alia officia exercere, ac ſi vere eſſent aſignati; declarantes, quod depoſitati ex noſtra Prouincia non habent vocem in electione Conuentuum in quibus ſunt aſignati.

*De reformatione ſtudiorũ*

Secundùm. Sub eodem formali præcepto mandamus omnibus fratribus Conuentuum ſtudiorum, ad quos quomodolibet ſtudium attinet, vt nullo modo omittantur in diebus lectiuis, lectiones, conferentię, aut concluſiones, nec hora cõſueta earum mutetur, neque in illis dentur recreationes, pręterquam in vigilia actus maioris, & die immediate ſequenti, in Octauis Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, octauoque die ſolemnitatis Corporis Chriſti, & in recreationibus octo dierum ante Aduẽtum, & quadrageſimam conſuetis, aut ſi ſorte hora Concluſionis, conferentiæ, aut lectionis ſpecialis occurrat pro toto Conuentu ocupatio. Et nomine dierum lectiuorum intelli-

intelligimus eos in quibus (iuxta diſponendum inferius) Patres Lectores non tenentur matutinis inter eſſe, & qui ex præcepto non ſeruantur à Populo: quod ſi nulla die alicuius hebdomadę ab exercitio ſtudiorum vacauerint fretres, poterunt Patres Priores, ſeu Conuentuum Præſidentes in concluſione, & conferentijs cum eis eiuſdem hebdomadæ Feria 5. diſpenſare: obſecramuſque R. A. P. N. Prouincialem, vt nullatenus alicui concedat facultatem in iſto pręcepto diſpenſandi.

## *Ordinationes.*

ORdinamus, quod alias præceptum eſt, vt bona fratrū defunctorum ante eorum diſtributionem à Præſidente Conuentus, duobuſque depoſitarijs, aut grauioribus Patribus, fideliter omnia, & ſingula in ſcriptis numerentur (vna tantum excepta veſte) & ſic enumerata in tres æquales partes diuidantur, quarum vna ſit integre pro anima defuncti, & huius diſpoſitio ad Conuentus per ęquales expectabit, ad quos & defunctus pertinebat, ſiue ratione aſignationis, ſiue filiationis, ſiue Prioratus: duæ verò aliæ partes equaliter expectabunt ad Conuentū cuius erat filius, & in quo erat aſignatus. Præſidens autem Conuentus in quo frater obijt nullo modo diſponat de parte ad alium attinente Conuentum, vſque dum adſit diſpoſitio, & notitia præſidentis illius Conuentus, ad quem illa pars attinet. Quod ſi Religioſus non habuerit bona, dicantur pro eò, quam primum, quinquagitæ Miſſæ in ſolidum. *Quomodo distribuātur bona defunctorum.*

Item ordinamus ſub pœna quindecim dierum in pane, & aqua (quam pręlatus teneatur infligere ſub pœna ſuſpenſionis ab officio) ne vllus frater per noctet extra Conuentum in locis vbi Conuentum habemus. *De non pernoctādo extra Conuētū.*

Item ordinamus, & pręcipimus omnibus Prioribus & Conuentuum præſidentibus, ne fratribus licentiam itinerandi concedant vltra ſpatium quatuordecim leucarum, *De licentijs itinerandi.*



quod

quod & in conſtitutionibus cautum eſt.

*De loco ſotij.*

Item ordinamus, vt ſeruetur decretum de loco ſotij R. A. P. N. Prouincialis, vt huiuſque ſeruatum eſt.

*Confeſſores & procuratores Monialium quot miſſas celebrare debeant.*

Item ordinamus, quod cōfeſſores, & procuratores monialium tres Miſſas celebrent pro monaſteriorum obligationibus, quas ſi monaſteria non habuerint, eas pro intentione R. A. P. N. Prouincialis celebrent: ſi verò Conuentus tot obligationes nō habuerit, vnā (ad minus) qualibet ſeptimana Miſſam dicant pro intentione R. A. P. N. Prouincialis, ex his, quę perſonaliter ad eos pertinent, quam Miſſam ex nūc pro tunc in foro conſcientiæ in ſolidū aplicamus.

*Licentiæ, & aſignationes quando ſunt notificandæ.*

Item ordinamus, vt inſtitutiones, aſignationes, licentiæ, & depoſitationes, quæ intra duos menſes à die conceſſionis notificatę non fuerint, ipſo facto ſint nullæ, ſolumque notificentur à Præſidente Conuentus, aut de eius licentia, niſi cum frater in via illam receperit.

*De abſtinentia à carnibus.*

Item ordinamus, & prioribus, aut pręſidentibus conuentuū ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs præcipimus, vt nulli carnium eſum concedant, niſi in die Dominica Feria 3. & 5. duntaxat, cum aliquibus diſpenſetur, dimidia ſaltem parte in Refectorio remanente; in cæna verò nullus permitatur eſus carnium, nec fiant Prioribus conuiuia, niſi vrgenti cauſa, & cum moderatione Religioſa. In hoſpitio autem ſilentium inuiolabiliter obſeruetur.

*Magiſtri Nouitiorum nō notentur ad hebdomadam.*

Item ordinamus, quod Magiſtri nouitiorum, nec hebdomadam faciant, nec ad illam notentur, & quod locum obtineant immediatum poſt huius Prouincię præſentatos, in domibus quibus R. A. P. N. Prouinciali viſum fuerit. Nullus autem deinceps fiat nouitiorum Magiſter inconſulto R. A. P. N. Prouinciali, qui de conſilio patrum zelo, & Religione præſtantium omnes Magiſtros Nouitiorum approbet aſſumendos. Et ex his, quicumque talę officiū laudabiliter iudicio R. A. P. N. Prouincialis exercuerint, in perpetuum paternitatis gaudeant titulo.

*De depoſitarijs faciendis.*

Item ordinamus ne fiant depoſitarij alicuius conuentus, niſi de à ſenſu ipſius in publico Capitulo, à quo officio

nequeant

nequeant amoueri, niſi de conſilio patrum: quod ſi contingat priorem ex dictis aliquem aſignare velle, teneatur prius R. A. P. N. Prouinciali manifeſtare aſignandum officio fungi depoſitarij talis conuentus.

Item ordinamus, & mandamus patribus prioribus ſub pœna abſolutionis ab officio infalibiliter inf legenda, vt librum procuratoris, ſeù communium expenſarum conuentus apud ſe non retineant, nec manu propria in eo quid conſcribant, per ſe ipſos officium procuratoris exercentes, nec niſi coram depoſitarijs, alijsve duobus fratribus in eorum abſentia, ratiocinia faciant. *Priores nõ habeãt apud ſe librũ procurationis.*

Item ordinamus iuxta decretum Reuerendiſsimi P. N. Generalis, vt ſingulis diebus poſt completorium omnes fratres, & ſorores recitent alta voce, & deuote per choros alternando tertiam partem Roſſarij Beatæ Virginis, ſecũdum ordinem myſteriorum. *De Roſſario recitãdo.*

Item ordinamus, vt fratres ad audiendas confeſsiones, & contionandum exponi non poſsint, niſi in ſtudijs generalibus, inter quæ Pampilonenſem vniuerſitatem volumus comprehendi: & non aprobentur, niſi adſit ſaltẽ vnus ex Theologiæ Lectoribus, & ſolumque per trienium: quo expleto iterum examinentur: excipimus Lectores Artiũ, caſuumque conſcientiæ expoſitos poſt quã inſtituti ſunt, & eos qui per nouem annos licentias, ſeù expoſitiones habuerint; quibus concedimus, vt poſt nouẽ annos decurſos quibusgauiſi approbatione fuerint, queant ſimpliciter exponi. Quodſi quiſpiam in aliquo conuẽtu examinatus, reprobatus fuerit; neq; examinetur, nec examinatus approbari queat, niſi tranſactis ſex menſibus: quodſi contrariũ fecerit (vt ſubrectitiam) expoſitionem nullam reddimus, & inanem. Et vt tutius conſulatur cõſcientię, & miniſterio, prædicti examinatores certiorem reddant priorem conuentus de examine, & reprobatione ſui ſubditi, eorũ conſcientias in diem Domini à grauantes iniungimus, vt examen cum ſum ma rectitudine peragant. *De examine cõfeſſorum.*

Item ordinamus, quod in receptione nouitiorũ ad habitũ, & profeſsionẽ, vota fratrũ per ſchedulas, vel fabas admi- *De modo recipiendi Nouitios.*

tantur,

tantur, & regulentur à Prçlato cum aſiſtentia duorum antiquorum Patrum in Capitulo aſiſtentium.

*Suppriores nõ aplicent ſibi Miſſas.*

Item ordinamus, quod Suppriores, in Sede Vacante, vel quacumque Priorum abſentia, non aplicent ſibi plures Miſſas quam quæ eis communiter conferuntur.

*De non mitendo pro ſe memorialia.*

Item ordinamus (vt ambitionis via omnino à fratribus recludatur) quod nullus pro ſe memorialia exhibeat noſtris Capitulis, & Diffinitorijs: Quod ſi mærita, & obſequia præſtita in ſui fauorem quocumque prætextu commendauerint, tanquam indigni, & ambitioſi ad honorem intentum non admitantur, & inſuper pœnis alijs ad arbitrium R. A. P. N. Prouincialis puniantur.

*Lectores, & Prædicatores quãdo debent intereſſe matutinis, &c.*

Item ordinamus omnibus huius noſtræ Prouinciæ Lectoribus, & Prædicatoribus, vt in maioribus Eccleſiæ ſolemnitatibus, in omnibus feſtis B. V. Mariæ, Sanctorum Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, quatuorque Eccleſiæ Doctorum, & Sanctorum noſtri Ordinis (quandocumq; de eis recitatur) matutinis, vtriſque veſperis, Miſſæque maiori omnino interſint; ſicuti etiam defunctorum officio, & proceſionibus; & Prælati ſumopere inuiſilent in obſeruantia huius ordinationis, ſicut etiam in aſiſtentia fratrum ad Completorium, Salue Regina, & tertiam partem Roſarij, nullum ab vſum permitentes, nec diſpenſationem concedentes abſque legitima cauſa.

*De examine Nouitiorum ad habitũ & profeſſionem.*

Item ordinamus ſummam curam adhibendam eſſe, circa receptionem Nouitiorum ad habitum, & profeſsionẽ, ne inepti, & minus habiles cum magno Religionis diſpendio admitantur, vt ſcilicet examen ipſorum fiat a tribus Patribus examinatoribus iuxta normam noſtrarum conſtitutionum ſimul exiſtentibus, in preſentia Prioris, ſeu Præſidentis Conuentus.

*De fratribus ſtudẽtibus ineptis.*

Item ordinamus, quod fratres inepti ad ſtudium permittantur vacare ſtudiorum exercitijs per duos integros annos artium, vt eorum ignauia maniſeſtè innoteſcat: quod ſi peractis duobus prioribus annis omnimo inhabiles inueniantur, ab ſtudijs repellantur, ſine recurſu, & ſpe vlterius redeundi, ſed ocupentur in alijs miniſterijs. Et

obſe-

obſecramus R. A. P. N. Prouincialem, vt nullius petitionis interuentu huic noſtrę ordinationi cedat.

Item ordinamus, vt nullus frater alienę Prouinciæ in noſtra exiſtens, ſiue denuo aduenięns aſignetur, ſed tantũ depoſitatus maneat. Vnde tenore pręſentium ex nunc pro tunc reuocamus omnes prædictos fratres cuiuſuis ſint Prouinciæ ab huius noſtræ quibuslibet Conuentibus in quibus fuerint aſignati, & in eiſdem ipſos depositamus, qui omnino ſeruabunt leges depositatorum ſuperius ſancitas.

*Fratres alienæ Prouintiæ tantũ ſint depoſitati.*

Item ordinamus, & declaramus, vt in Conuentibus vbi plures adſunt Magiſtri, antiquior eorum ſit Regens, eo tamen a gymnasio abſente Magiſter qui ſuccedit, & ſic ſuccesiue alij iuxta ſuorum antiquitatem graduum. Vbi tamen vnicus tantum adeſt, ipſo facto ſit Regens.

*Regentes ſtudiorũ.*

Item ordinamus, quod Cathedratici Artium, & Sacræ Theologiæ Vniuerſitatum, omnibus gaudeant priuilegijs quibus gaudere ſolent huius noſtræ Prouinciæ Lectores.

*Cathedratici Vniuerſitatũ gaudeant priuilegijs.*

Item ordinamus, quod Vicarij, aut confeſſores Monialium vulgari lingua traducant omnia, quę ex his ordinationibus ad eas quomodolibet ſpectant, & Sorores legere teneantur coram toto Conuentu diebus quibus perleguntur ordinationes ſuorum Conuentuum.

*Monialium ordinationes traducantur.*

Item ordinamus, quod confeſſores, & procuratores Monialium, earum non ingrediantur monaſteria, niſi vrgenti cauſa adminiſtrandi Sacramenta, & de licentia Vicarij illius Conuentus: quod si non ſit Vicarius, duo ingrediantur ſimul, & ſi adsit tantum vnus, aſotietur Prioriſę, aut Suppriorisſæ ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs. Et diſtricte pręcipimus omnibus Prioriſis, & earum Vicarijs, vt acurate inuigilent de clauſura obſeruanda, ita vt nullo prætextu ingreſſum cuiuſuis perſonę permitant. Simulque iniungimus, vt quaslibet Apoſtolicas litteras obtentas iam, siue obtinendas, à quacumque perſona cuiuſuis qualitatis, aut ſexus pro Monaſteriorum ingreſu R. A. P. N. Prouinciali mitant: declarantes ipſum præciſe eſſe Prękatum proprium ad quem deſtinantur tales litteræ.

*De ingreſu Conuẽtuum Monialium.*

Item

*De cõſilijs ſcripturæ mãdandis.*

Item ordinamus, vt omnino ſeruetur ordinatio de cõſilijs ſcripturę mandandis per notarium inquouis Conuentu deputatum.

*Titulus paternitatis, aut reuerentiæ interdicitur.*

Item ordinamus, & præcipimus omnibus prioribus, ſiue Conuentuum præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs, vt non permitant coram ſe tituloReuerentiæ, aut Paternitatis aliquem nominarè, niſi eos quibus debentur tales tituli iuxta alias diſpoſitum.

*Quibus remitẽda eſt ſexta pars bonorũ defunctorum.*

Item ordinamus, vt ſexta pars bonorum cuiuslibet fratris defuncti (provt à Reuerendiſsimo P.N. Generali determinatum eſt) à patribus Prioribus, ſeù Conuentuum Præſidentibus integre remitatur. R.P.F. Franciſco de la Baſtida in Conuentu Salmantino, P.Fr. Ioanni Lopez de Prado in Vallis-Oletano, P. Fr. Petro de Liñan, Sancti Thomæ Matritensi commorantibus.

*De ſcrutinio faciẽdo.*

Item ordinamus, vt omnino ſeruetur conſtitutio, quod fratres quouis anno ſemel ſaltem omnia pręlatis manifeſtent, quæ ad vſum habent: & de ſcrutinio à priore facien do, cum duobus exgrauioribus patribus.

*Lectores Artiũ nõ adeãt monaſteria moniali ũ.*

Ordinamus tandem, & in mæritum Sanctæ obedientiæ præcipimus Patribus Prioribus, ſeù Conuentuum ſtudiorum præſidentibus, ne lectoribus Artium (tam actualium quam qui communiter nuncupantur paſſantes) licentiam conferant adeundi monaſteria Monialium, etiam prętextu audiendi confeſsiones, ne eorum impediatur ſtudia, & tempus proprię vtilitati deſtinatum, in alijs conſumant exercitijs.

*Ordinationes quater in anno legantur.*

Præcipimus vlterius omnibus Suppriorìbus, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, vt has noſtras ordinationes quater in anno faciant legere, aut in publico Capitulo, aut Refectorio, omnibus illuc conuenientibus fratribus.

# De lectoribus caſuum conſcientiæ.

CONcedimus huiuſmodi lectoribus caſuum, vt patres à conſilijs ſint, lectores Menſæ corrigant, vt à choro diſpenſentur diebus quibus concluſiones, ſeù caſus conſcientię coram Conuentu ventilantur (quod infalibiliter fiat bis ſaltem in quauis ſeptimana) quas ſi non habuerint ipſo facto ſint ab officio lectoratus priuati: alijs autem diebus à matutinis ſolum, niſi in feſtis duplicibus, & ſupra, & qui à populo ſeruantur diſpenſati ſint: & quod non mittantur ad petēdas eleemoſynas extra opida in quibus commorantur. In reliquis autem obedientijs ſe ſicut alij fratres gerant, hebdomadam faciant, & in tabula nogentur ad illam.

# Inſtitutiones lectorum caſuum conſcientiæ.

INſtituimus in lectorem S. Dominici de Zamora, Fr. Ioſephum de Salamanca, ex eodem Conuentu.

In lectorem de Medina del Campo, Fr. Ioannem de CampoManes, ex eodem Conuentu.

In lectorem de Ciudad-Rodrigo, Fr. Franciſcum de Capillas ex Conuentu de Rioſeco.

In lectorem de Benauente, Fr. Franciſcum de Sotomayor, ex eodem Conuentu.

In lectorem de Victoria, Fr. Ioannem de Troconiz, ex eodem Conuentu.

In lectorem de Peñafiel, Fr. Didacum de Arana, ex eodem Conuentu.

In lectorem de Huete, Fr. Ioannem de la Varreda, ex eodem Conuentu.

In lectorem de Tordeſillas, F. Franciſcum Martinez, ex eodem Conuentu.

In lectorem de la Peña, Fr. Ildephonſum Rodriguez, ex Conuentu de Toro.

In Lectorem de Guadalaxara, Fr. Ildephonſum de Al-mogauar ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Cuenca, Fr. Baltolomeum del Corral, ex Conuentu de Benauente.

In Lectorem de S. Sebaſtian, Fr. Petrum Lozano, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Logroño, Fr. Didacum de Alcozer, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Aſtorga, Fr. Ioannem de Touar, ex eodem conuentu.

In Lectorem de Rioſeco, Fr. Andream Pintado, ex eodem conuentu.

In Lectorem de Carrion, Fr. Simonem Suarez, ex eodem conuentu.

In Lectorem de Yepes, Fr. Franciſcum Gongalez, ex eodem conuentu.

In Lectorem de Aranda, Fr. Ioannem de Gojenechea, ex eodem conuentu.

In Lectorem de Ocaña. Fr. Lucam Loarte, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Alcala, Fr. Ioannem de Caſtro, ex eodem conuentu.

In Lectorem de Talauera, Fr. Bartholomeum Ramos, ex eodem conuentu.

In Lectorem de Villaeſcuſa, Fr. Simonem de Fonſeca, ex eodem conuentu.

In Lectorem Sancti Thomæ Matritensis, F. Thomam de Arellano, ex eodem conuentu.

In Lectorem de Caceres, Fr. Ludouicum de Cardenas, ex eodem conuentu.

In Lectorem de Merida, Fr. Ioannem Preciado, ex conuentu de la Peña.

In Lectorem de la Vera, Fr. Thomam de Barona, ex eodem conuentu.

Pro conuentibus Regni Galetiæ prouideat R. P. Vicarius Regni.

Inſti-

## *Inſtitutiones Vicariorum.*

INſtituimus in Vicarium Regni Galletiæ R. P. M. Fr. Ludouicum de Eſpaña & Moncada, Priorem Compoſtellanum, cum omnibus gratijs, & priuilegijs ſecundum noſtras conſtitutiones conceſsis.

In Conuentu S. Petri Dominarum, ſub titulo Prioris, Fr. Ioannem de la Llaue, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Potes, ſub titulo Prioris, F. Ildephonſum de Salamanca, ex conuentu S. Dominici de Toledo.

In Vicarium S. Ildephonſi de Camino, ſub titulo Prioris, Fr. Hieronymum de Camino, ex eodem conuentu.

In Vicarium de Vilbao, ſub titulo Prioris, Fr. Thomã de Monterroſo Prædicatorem Generalem, & conuentus S. Thomæ Matritenſis.

In Vicarium de las Caldas, ſub titulo Prioris, Fr. Dominicum Garcia, ex eodem conuentu.

In Vicarium de Aldeanueua, Fr. Ioannem de Arçeo Prædicatorem Generalem, ex eodem conuentu.

In Vicarium de Olmedo, Fr. Michaelem Rodriguez, ex conuentu de la Caſa de la Reyna.

In Vicarium de Velbis, Fr. Martinum Pauon, ex eodem conuentu.

In Vicarium de Vejar, Fr. Clementem de Lerma, ex eodem conuentu.

In Vicarium de Orellana, Fr. Petrum Perez, ex codẽ conuentu.

In Vicarium de Quixana, Lequeytio, & Hermua P. Prior de Victoria pro tempore.

In Vicarium de Velmonte P. Prior de Villeſcuſa pro tempore.

In Vicarium S. Blaſij Lerma P. Prior de Lerma pro tempore.

## *Inſtitutiones Suppriorum.*

INſtituimus in Suppriorem de Palentia, Fr. Petrum de Zurbano, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Zamora, fr. Hiacynthum de Valdiuieſſo, ex eodem conuentu.
In ſuppriorem de Burgos, fr. Petrum de Ontillera, ex Conuentu de Victoria.
In ſuppriorem de Ciudad-Rodrigo, fr. Sebaſtianum Diaz, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Eſtella, fr. Vincentium Echeuerri, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Benauente, fr. Antonium Sanchez, ex eodē Conuentu.
In ſuppriorem de Victoria, fr. Ioannem Bueno, ex Cōuentu de Pamplona.
In ſuppriorem de Piedrahita, fr. Dominicum Garcia, ex Conuentu de Leon.
Iu ſuppriorem de Toro, fr. Ioannem Ruyz, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Sangueſſa, fr. Hyacinthum de Manurga, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Medina del Campo, fr. Ioannem de Zepeda, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Huete, fr. Didacum Garcia, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Nieua, fr. Michaelem de Ortega, ex Conuentu de Eſtella.
In ſuppriorem de Leon, fr. Ioānem de la Torre, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Villalon, fr. Dominicum Fernandez Hoyos, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Logroño, fr. Ioannem del Rio, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Valentia de D. Iuan, fr. Ioannem de Sancto Domingo, ex eodem Conuentu.
In ſuppriorem de Tordeſillas, fr. Franciſcum de Zelada, ex Conuentu de Benauente.
In ſuppriorem de Roxas, fr. Petrum de Quintana, ex conuentu de Benauente.
In ſuppriorem de la Peña de Francia, fr. Ioannem Sanchez, ex eodem Conuentu.

In ſuppriorem de Palacios, fr. Ioannem Duran, ex eodem Conuentu.

In ſuppriorem de Truxillo, fr. Ioannem Baptiſta de Llanos, ex eodem Conuentu.

In ſuppriorem de Ciſneros, fr. Franciſcum Fernandez de la Fuente, ex eodem Conuentu.

In ſuppriorem de Plaſencia, Fr. Saluatorem Merino, ex eodem Conuentu.

In ſuppriorem de Abila, fr. Ioannem de Huerta, ex Cõuentu de Medina del Campo.

In ſudpriorem de Villada, fr. Martinum Garcia, ex Cõuentu de Mayorga.

In ſuppriorem de la Vera, fr. Ioannem Ximenez, ex eodem Conuentu.

In ſuppriorem de Tauara, fr. Dominicum Aluarez, ex conuentu de Benauente.

In ſuppriorem de Carboneras, fr. Petrum de Aguilar, ex Conuentu de Tauara.

In ſuppriorem de Guadalaxara, fr. Emanuelem Vernal ex Conuentu de Peñafiel.

In ſuppriorem de Trianos, fr. Ioannem Picos, ex conuentu de Viuero.

In ſuppriorem de Talabera, fr. Dominicum de Arellano, ex eodem Conuentu.

In ſuppriorem de Obiedo, fr. Dominicum Bernardo, ex eodem Conuentu.

In ſuppriorem de Atocha, fr. Auguſtinum de Medina, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Caceres, fr. Thomam de M xica, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Galiſteo, fr. Ioannem Baptiſta, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de S. Sebaſtian, fr. Martinum de Cantos, ex conuentu de Benauente.

In ſuppriorem de Hita, fr. Antonium Delgado, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Villeſcuſa, fr. Ioannem de la Serna, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Ciſuentes, fr. Antonium Moreno, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Aranda, fr. Ferdinandum Alonſo, ex conuentu de Rioſeco.

In ſuppriorem de Rioſeco, fr. Didacum garcia, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Mayorga, fr. Ioannem Gutierrez, ex conuentu de Tordeſillas.

In ſuppriorem de S. Pedro de la Tarce, fr. Hyacinthum de Parracia, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Soria, fr. Antonium de S. Martin, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Alcalà, fr. Ioannem Ximenez de Arroyo, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Villalpando, fr. Petrum Borrego, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Merida, fr. Petrum de Maderuelo, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem S. Thomę de Madrid, fr. Franciſcum Rodriguez, ex eodem conuentu,

In ſuppriorem de Yepes, fr. Hyacinthum de Llanos, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Azpetia, fr. Antonium de Caſtañeda, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Madrilejos, fr. Franciſcum Palomeque, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de las Nauas, fr. Petrum de la Serna, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem de Santillana, fr. Antonium de Caſtro, ex conuentu de Benauente.

In ſuppriorem de Valuerde, fr. Ioannem de Belinchō, ex eodem conuentu.

In ſuppriorem del Roſſario de Madrid, fr. Petrum de Vicuña, ex eodē conuentu.

Pro Conuentibus Regni Galletię prouideat R.P. Vicarius Regni.

Con-

# *Confeſſores, & Procuratores Monia- lium.*

IN conuentu S. Dominici Regalis de Madrid, in conſeſſores, fr. Antonium de Antequera præſentatum, fr. Michaelem Diaz, ex conuentu de Cuenca, & fr. Dominicum Rico, ex conuentu S. Thomæ Matritenſis. In procuratorem, fr. Gaſparum de Arenzana, & abſoluimus eum ab officio Prioratus de Tordeſillas.

In conuentu S. Catharinę de Madrid, fr. Thomã Vazquez, ex eodem conuentu. In procuratorem, fr. Nicolaum Aguado, ex eodem conuentu.

In Conuentu S. Dominici Regalis de Toledo in conſeſſores, fr. Raymundum de la Rea, ex eodem conuentu, fr. Ferdinandum de Toledo, ex conuentu S. Petri Martyris Regalis Tolletani, & fr. Antonium Eſteuan, ex conuentu S. Dominici Regalis Matritenſis; In procuratorem, fr. Antonium de Baeza Negrete, ex conuentu de Talabera.

In conuentu de Ieſus Maria de Toledo prouideat P. Prior Toletanus pro tempore.

In conuentu Matris Dei de Toledo in confeſſorem, fr. Gundiſaluum Serrano, ex eodem conuentu, in procuratorem; fr. Chriſtophorum de Montoya, ex conuẽtu de Velmonte.

In conuentu de Caleruega in confeſſorem, fr. Didacum de Corquera, ex conuentu de Aranda, in procuratorem, fr. Didacum Carraſco, ex eodem conuentu, in Parrochum, fr. Gaſparum de Velloſillo, ex eodem conuentu.

In conuentu Sancti Spiritus de Toro in confeſſorem, fr. Hyacinthum de Tabladillo, ex eodem conuẽtu, in procuratorem, fr. Ildephonſum de Manzaneda, ex eodem conuentu.

In conuentu Sancti Spiritus de Benauente in confeſſorem, & procuratorem, fr. Thomam de Izaguirre, ex cõuentu de Trianos.

In Conuentu de Aldeánueua, in confeſſorem, fr. Matthæum Gomez de Caſaſola, ex conuentu de Piedrahita, in Procuratorem, fr. Ioannem de la Plaça, in Parrochum, fr. Martinum Iñigo, ex conuentu de Medina del Campo.

In conuentu S. Cypriam de Mazote, in confeſſorem, fr. Ioannem Alegre, ex eodem conuentu, in Procuratorē, fr. Ildephonſum de Carcaua, ex eodem conuentu.

In conuentu S. Catharinæ de Valladolid, in Procuratorem, fr. Auguſtinum de Loia, ex eodem conuentu.

In conuentu Penitentiæ de Valladolid, in confeſſorem & Procuratorem, fr. Matthęum Guttierez, ex eodem conuentu.

In conuentu S. Blaſij de Lerma, in Procuratorem, fr. Franciſcum de Figueroa, ex conuentu de Benauente.

In conuentu de la Caſa de la Reyna, in confeſſorem, fr. Philipum Fernandez, ex conuentu de Zamora, in Procuratorem, fr. Auguſtinum Gonçalez, ex conuentu de Benauente.

In conuentu Pietatis de Palencia, in confeſſorem, & Paocuratorem, fr. Antonium de Perales, ex conuentu de Medina del Campo.

In conuentu Regali de Medina, in confeſſorem, fr. Paulum Nieto, ex eodem conuentu, in procuratorem, fr. Franciſcum Eſtęuan, ex Conuentu Sancti Andreæ Metinenſis.

In conuentu S. Dominici Regalis de Segouia, in confeſſorem, & Procuratorem, fr. Bartolomęum del Eſcobedo, ex conuentu de Aranda.

In conuentu S. Catharinæ de Alcalà in confeſſorem, & Procuratorem, Fr. Ioſephum de Sancta Ana, ex conuētu de Carboneras.

In conuentu S. Catharinæ de Ocaña, in confeſſorem, & Procuratorem, fr. Mathæum Baxo, ex eodem conuentu.

In conuentu de Villamayor, in confeſſorem, & procuratorem, fr. Franciſcum de Lorca, ex eodem conuentu.

In conuentu Regali de Velmonte, in confeſſorem, fr. Domi-

Dominicum de Orduñá, exconuentu de Medina del Cã-po, in procuratorem, fr. Petrum Beltran, ex conuentu de la Caſa de la Reyna.

*I*n conuẽtu *I*ncarnationis de Plaſencia prouideat R. P. Prior Placentinus pro tempore.

*I*n conuentu de Quixana, Lequeytio, & Hermua prouĩdeat R. P. Prior de Victoria pro tempore.

Omnibus autem fratribus hic nominatis in Lectores caſuum, Suppriores, Vicarios, Confeſſores, aut Procuratores Monialium, & in quæcumque alia officia, pręcipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientię, & ſub pręcepto formali, vt intra menſem à noticia pręſentiũ ſe præſentent Conuentibus, ſiue Monaſterijs quibus deſignantur, vt ſua exequantur officia: Vicarijs autem, confeſſoribus, Procuratoribus, & Parrochis, nunc in eiſdem commorantibus, mandamus, vt inde non diſcedant, vſque dum eorum ſucceſſores preſentes fuerint, & tunc ad conuentus in quibus ſunt aſignati reuertantur.

## *Nomina defunctorum, qui à pracedenti Capitulo obierunt.*

IN conuentu Sanctæ Crucis Regalis Segouienſis R. P. Præſentatus, fr. Franciſcus de Pinelo S. & P. A. Fr. Hyacinthus de la Aſſumption Supprior Conuentus, fr. Ioannes de Mendoza S. P. A. Fr. Simon de Elorriaga Lector Theologiæ.

*I*n conuentu S. Pauli Palentini, fr. Leonardus de Mena, Diaconus.

*I*n conuentu de Zamora R. P. M. F. *I*oannes de la Cruz Prior conuentus.

*I*n conuentu Compoſtellano, fr. *I*ldephonſus de Prado, Laycus.

*I*n conuentu S. Petri Martyris Regalis Tolletani, Fr. Hyacinthus Cleri S.

*I*n Conuentu Salmanticenſi, Fr. *I*oannes de Montenegro

tenegro S.P.A.fr.Ludouicus de Leon,S.fr.Antonius de SanctoDomingo,S.fr.Petrus Marin Lector Artium,fr. Franciſcus Caluo Diaconus,fr.Antonius de S.Miguel S.P.A. fr.Benedictus Criado Laycus,R.P.fr. Ioannes Iulian prᴂſentatus,fr. Ioannes de Neches prædicator generalis,fr.Sebaſtianus de Vlibari Accolitus.

In conuentu Pampilonenſi,fr.Petrus deTamaria,ſubdiaconus.

In conuentu de Burgos, fr. Iſidorus Velarde ſubdiaconus,& quidam Nouitius.

In conuentu Legionenſi, fr. Ildephonſus de Meſſa, Accolytus.

In conuentu de Ciudad-Rodrigo R. P. Præſentatus, fr.Hieronymus Rexon Prior Conuentus, & fr. Laurentius de Cardona S.P.A.

In conuentu de VallodolidR.A.P.M.Fr.RaphaelSãchez,fr.Martinus de Celeta S.Fr.Antonius Velez S. fr. Laurentius Sobrino S.P.A.Fr.Ioannes de Amilburu S. Fr.Petrus de Ciſneros S.P.A. Fr. Hyacinthus de Carbajal S.P.A. Fr. Ioannes Diaz Accolytus. Fr. Stephanus Rodriguez Laycus,fr. Ioannes de Nanclares Laycus, fr. Ioannes Sanchez Laycus, fr. Claudius Mendez Laycus, & fr.Nicolaus de Isla S.cum opinione virtutis. +

M. f. Baltasar Osbiano

In conuentu de Victoria fr.Andreas Gomez S.Nonagenarius,fr.Ioannes de Mendiguren S.P.A.

In Conuentu de Toro,fr. Antonius deRuedaS.Lector Artium,

In Conuentu de Ribadauia, fr. Barnabas de PoñaFiel, S.P.A.

In Conuentu de Peñafiel,fr.Petrus del Valle S.P.A.

InConuẽtu de Piedrahita,fr.Dominicus deSoto, Supprior Conuentus,fr. Ioannes de OrmazaS.P.A.fr.Franciſcus de Pineda S.P.A. Fr.DominicusGonzalez, Subdiaconus.

In Conuentu de Medina del Campo,fr.Matthæus Velazquez S.P.A. fr. Ildephonſus de Sãcto Thomas Laycus, fr.Gabriel Gonçalez,S.P.A. & fr. Ioannes Martinez Lay- cus.

In

In conuentu de Huete, fr. Dominicus Martinez, S. Fr. Andreas de Couarrubias S. Nonagenarius.

In conuentu de Trianos, fr. Antonius del Roſſario, Laycus, fr. Didacus de Ortega Laycus, & quidam Donatus, fr. Franciſcus de la Vega Lector Theologiæ.

In Conuentu de Ouiedo, fr. Martinus de Sancta Maria, Laycus.

In conuentu de Mayorga, fr. Dominicus Rodriguez Oſorio, S.P.A.

In conuentu de Plaſentia, R.P.F. Petrus de Peramato, Magiſter, fr. Raymundus del Caſtillo, S. Fr. Ioannes Gordinez, S.P.A. fr. Acatius Nieto, S.P. A. Fr. Dominicus Rubio, S.P.A. Fr. Andreas Perez, S. fr. Ildephonſus Fernandez, Laycus, fr. Benedictus Cortes Laycus, fr. Ioannes Giraldo Laycus.

In conuentu de Abila, fr. Petrus Fernandez, S. Fr. Hieronymus de Noriega, S. fr. Gregorius Fernandez laycus, & quidam Nouitius.

In conuētu de Carboneras, fr. Ioānes Martinez, S.P.A.

In cōuentu de S. Sebaſtiā, fr. Petrus de Guillor, S.P.A.

In conuentu de Aſtorga, fr. Frāciſcus Berrocal, S.P.A.

In conuentu de Guadalaxara, fr. Dominicus de la Cruz Laycus.

In conuentu de Talabera R. P. Fr. Ioannes del Pozo, M. Fr. Ioannes Garcia S. Fr. Mathias de Enebra S. fr. Dominicus de Morales, S.P.A. F. Ioānes de la Higuera S. & fr. Ioannes Gonçalez.

In conuētu de Eſtella, fr. Dominicus Gomez, S.P.A.

In conuentu de Atocha R.A.P.M. fr. Gabriel Gonçalez, fr. Petrus Arias S. fr. Ioannes de Valdiuieſo, S.P.A. fr. Chriſtophorus de Angulo S.P.A. fr. Franciſcus Lopez S.P.A. fr. Chriſtophorus Martinez Lector Artium, fr. Dominicus de Sāctа Maria S. fr. Frāciſcus de Mola S.P.A. fr. Gregorius Fernandez S. fr. Petrus de Riuas Subdiaconus, fr. Didacus de Carabajal, Laycus.

In conuentu de Ocaña, fr. Simon Fernandez S.P.A. fr. Ioannes Sanchez de Encinas S.

In conuentu de Cuenca, fr. Michael de S. Vicente S. P. A. fr. Ildephonſus Martinez S. fr. Ioannes de Queuedo S. Fr. Ioannes de Altarejos laycus, F. Ioannes de Anaia Prçſentatus.

In Collegio S. Thomæ Complutenſis, fr. Aluarus de Sierra S.P.A.

In Conuentu de Mombeltran, fr. Petrus Gutierrez, S.P.A. fr. Thomas de Malaga S.

In conuentu de Galiſteo, fr. Martinus Ximeno, laycus.

In conuentu de Rioſeco, fr. Vincentius de Prado Prædicator Conuentus.

In conuentu de Alcalà, fr. Antonius Aluarez Nonagenarius, cum opinione virtutis, & eximiæ obſeruantiç regularis.

In cõuentu de Villeſcuſa, fr. Ioãnes Palomino S.P.A.

In cõuentu de Logroño, fr. Didacus de Zaldo, Supprior Conuentus.

In conuentu de Monforte, fr. Ioannes de Sancto Domingo S.

In conuentu S. Thomæ Matritenſis, fr. Emanuel de Vergara S.P.A. Fr. Ioannes Baptiſta octogenarius, fr. Antonius de Texada, Diaconus.

In conuentu de Valencia de D. Iuan, fr. Philipus de la Huerta, laycus.

In conuentu de Cifuentes, fr. Laurentius Perez, S.P.A. cum opinione virtutis, fr. Emanuel de Leon, S.

In conuentu de Villalon, fr. Dominicus Heliz S.P.A. fr. Ludouicus Xiron S.P.A.

In conuentu de las Nauas, fr. Ambroſius de la Torre, Prædicator Conuentus. Fr. Franciſcus Martinez, S.P.A.

In cõuentu de Roxas, fr. Ioãnes Ortiz de Ameyugo S.

In conuentu de Madrilexos, fr. Petrus Lopez S.P.A. fr. Hieronymus Delgado S.

In conuentu de Valuerde, fr. Thomas Perez S.

In conuentu de S. Pedro de la Tarce, Fr. Ioannes de Alcazar Supprior Conuentus.

In conuentu de la Hoſpederia de la Paſsion, fr. Gaſpar

de

de Montoya, S. P. A. cũ opinione virtutis, fr. Ioannes Ortiz Laycus.

In cõuentu Roſarij Matritenſis, fr. Rodericus de Quiroga, Præſentatus, S. P. A.

## NOMINA SORORVM, QVÆ A PRÆCEDENTI CAPITVLO OBIERVNT.

IN conuentu Sancti Dominici Regalis Matritenſis, ſoror Ana Maria de Orozco, cum opinione virtutis, ſoror Maria de Zuñiga, ſoror Antonia Ramirez, ſoror Ioſepha de Vera. ſoror Margarita de Henares, sor. Hieronyma Angelista layca

In conuentu ſanctę Catharinæ Matritenſis, ſoror Felipa Roman Prioriſſa, ſoror Aldonça de Aro octogenaria, ſoror Ana de Sandoual, ſoror Lucia de Ieſus, & fr. Matthæus de Villa præſentatus, & procurator Conuentus.

In conuentu S. Dominici Regalis Tolletani, ſoror Cathalina de Salazar, cum opinione virtutis, ſoror Bernarda de Roxas, ſoror Mariana del Eſpiritu Sancto layca, ſoror Petronila de Auila, layca, cum opinione virtutis, quędam Nouicia, & quędam Donata.

In conuentu S. Catharinæ de Valladolid, ſoror Maria Garcia, layca.

In conuentu Matris Dei de Valladolid, ſoror Geronima Treceno, ſoror Alfonſa de Arce, ſoror Maria de Mõcada y Eſpaña, ſoror Bernarda Martinez, ſoror Maria del Roſario layca.

In conuentu Sancti Dominici de Caleruega, ſoror Iuana de Abalos, ſoror Maria de Santa Marta.

In conuentu Pietatis de la Caſa de la Reyna, ſoror Catharina del Roſario, ſoror Ioanna de S. Vicẽte, ſoror Fermina de S. Pablo, ſoror Maria de Belẽ, layca, ſoror Magdalena de S. Pablo, ſoror Catharina de S. Gregorio, layca.

In conuentu ſancti Sebaſtiani el Antiguo, ſoror Catharina de Eſperãça y Roxel, cũ opinione virtutis, ſoror Catharina de S. Thomas y Azcueta, ſoror Yſabel de Chriſto y Zarça, ſoror Iacinta de S. Domingo y Erauſo, cũ opi. virt.

In conuentu Regali de Medina, ſoror Ana de Catalla, ſoror Maria de Viuero, ſoror Iuliana de Pina, ſoror,

ror,

ſoror Luyſa Cornejo, octogenaria, cum opinione virtutis, ſoror Iſabel de Santillana layca, ſoror Catharina Vernal.

In conuentu de Aldeanueua, ſoror Maria de la Purificacion, ſoror Maria de S. Nicolas, cum opinione virtutis, ſoror Maria de S. Antonio octogenaria, ſoror Maria de S. Pedro de Madrid.

In conuentu de Velmonte, ſoror Maria del Baptiſmo Nonagenaria, cum opinione virtutis, ſoror Lucia de Freſneda octogenaria, ſoror Iſabel de Santo Domingo layca, octogenaria.

In conuentu Sancti Spiritus de Toro, ſoror Antonia Campaña layca, cum opinione virtutis Nonagenaria, ſoror Maria de Oyos.

In Conuentu Pietatis de Palencia, ſoror Maria Velazquez Nonagenaria, ſoror Cathalina Reynoſo octogenaria, ſoror Iſabel de Ciſneros.

In Conuentu Sanctę Crucis de Victoria, ſoror Maria Medrano octogenaria, ſoror Maria de Eguiluz.

In Conuentu Sancti Michaelis de Truxillo, ſoror Leonor de S. Ioſeph Prioriſſa, ſoror Ynes de Sanctiago, ſoror Iſabel de Sancto Thomas.

In Conuentu de Mazote, ſoror Maria de Valdiuieſſo.

In Conuentu de Lequeytio, ſoror Magdalena de Ieſus y Puerto, Nonagenaria.

In Conuentu S. Dominici de Tudela, ſoror Iſabel de la Aſſumption, ſoror Ana de ſancto Domingo, layca.

In Conuentu ſanctæ Catharinæ de Alcalà, ſoror Lorença Laſſo, ſoror Catharina de Pinelo, ſoror Catharina Baptiſta de Letona, ſoror Manuela Hermoſo, ſoror Maria de S. Iacinto layca, octogenaria.

In Conuentu Incarnationis de Plaſentia, ſoror Maria Magdalena.

In Conuentu ſanctæ Catharinæ de Ocaña, ſoror Luyſa de la Peña, cum opinione virtutis, ſoror Maria de Salazar Prioriſſa, cum opinione virtutis, ſoror Maria de Caſtro, ſoror Maria Soxo, ſoror Ana de la Cruz, ſoror Ana de Mendoza, ſoror Catharina Serrano, ſoror Angela de Santillana,

tillana, ſoror Luyſa de ſan Bernardo, cũ opinione virtutis.

In Conuentu de Veluis de Santiago, ſoror Inocencia de Ciſneros octogenaria, ſoror Yſabel de Monteſer, ſoror Antonia de Ciſneros, ſoror Maria de Somoza octogenaria, ſoror Luyſa de Ortega.

In conuentu de Vadeflores de Viuero, ſoror Clara Martinez etatis ſuæ Anno cenceſimo ſexto decimo, & profeſſionis Nonageſsimo tertio, ſoror Conſtantia de Valcazar, cum opinione virtutis.

In Conuẽtu de la Noua de Lugo, ſoror Thereſa de Caſtro octogenaria, ſoror Maria Maldonado.

In Conuentu S. Iacobi de Zamora, ſoror Maria de Caſtro, ſoror Ana Maria de Vergara octogenaria.

In conuentu ſanctæ Catharinę de Abila, ſoror Franciſca de Vera octogenaria.

In conuentu Penitentiæ de Valladolid, fr. Emanuel de Vega Procurator Conuentus S. P. A. Soror Ana Maria de ſancta Tereſſa, ſoror Magdalena de los Apoſtoles octogenaria.

In conuentu de las Faxardas de Medina del Campo, ſoror Antonia Gutierrez, Superioriſſa.

In conuentu Matris Dei de Olmedo, ſoror Ioanna de la Aſſumption, cum opinione virtutis, ſoror Angela de Chriſto.

In conuentu Sancti Spiritus de Benauente, ſoror Maria Rodriguez octogenaria, ſoror Maria de Leõ, ſoror Ana Vara, & quędam Nouitia.

## *Sufragia pro viuis.*

PRO Sanctiſsimo Papa N. Innocentio X. & pro fœlici ſtatu totius Eccleſiæ, quilibet Sacerdos vnam Miſſam.

Pro Catholico, & inuictiſsimo Rege noſtro Philippo IV. & Regina, omnique Prole Regia, Q. S. V. M.

Pro Eminentiſsimo, & Reuerẽndiſsimo Cardinali Archiepiſ-

chiepiſcopo Tolletano magnifico Benefactore noſtro, Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimis Ducibus de Lerma noſtræ Prouinciæ Patronis, & inſignibus Benefactoribus noſtris, Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimis Comitibus de Benauente, & de Mayorga, ac tota familia Benauentana, Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimis Marchionibus de Aſtorga ob ſingularem affectum erga noſtrum ordinem, Q.S.V.M.

Pro nobili Oppido Benauentano vbi benigna liberalitate recepta eſt noſtrę Congregatio, & pro quibuſuis Benefactoribus noſtræ Cōgregationis, & Prouinciæ Q.S.V.M.

Pro fœlici ſtatu Ordinis noſtri, & huius incremento Prouincię pro R.A.P.N. Prouinciali, & pro Illuſtriſsimis DD. Archiepiſcopo Hiſpalenſi, Epiſcopis Seguntino, Segouienſi, & Lucenſi, ex ordine noſtro aſſumptis, Q.S.V.M.

Pro Illuſtriſsimo DD. Octauio Centurione Marchione de Monaſterio, ordinis noſtri ſingulari benefactore, Q.S.V.M.

## *Suffragia pro defunctis.*

PRo Catholico Pphilippo III. Rege noſtro, noſtri Ordinis benefactore, & pro Regina Domina noſtra Eliſabetha de Borbon, & pro cæteris Catholicis Hiſpanię Regibus, Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimo, & Eminentiſsimo Duci Cardinali de Lerma, huius noſtræ Prouincię ſpeciali Patrono, ac totius Religionis vniuerſali benefactore, Q.S.V.M.

Pro Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſsimo DD. Arciepiſcopo Damaſceno, fr. Antonio de Sotomayor, Q.S.V.M.

Pro fratribus, & ſororibus noſtris defunctis à precedēti Capitulo, & pro omnibus benefactoribus noſtris, Q.S.V.M.

Concedit R.A.P.N. Prouincialis omnibus fratribus, & ſororibus huius Prouinciæ, quod expoſitum alias confeſſorem ſemel tantum eligere valeant, à quo de præteritis

ritis caſibus, & cenſuris quas vſque ad pręſentium noti-
tiam incurrerunt abſolui queant, ſicut poterant ab ipſo
R. A. P. N. Prouinciali.

Omnem noſtram auctoritatem definitiuam reſeruamus, vſque ad Feriam 3. incluſiue, eamque committimus R. A. P. N. Prouinciali, & aſſignamus Capitulum futurum de electione Prouincialis celebrandum Anno 1651. *Dominica Deus qui errantibus* Conuentui noſtro S. Ildephonſi Regalis Taurenſis, iuxta decretum Apoſtolicum. Et his actis impræſſis, & manu R. A. P. N. Prouincialis, & ſigillo munitis omnimodam fidē adhiberi volumus. Datis in noſtro Conuentu S. Dominici Benauentani. Die 29. Aprilis. Anno Domini 1649.

*Fr. Raphael Mauſo M. & primus Diffinitor*

*Fr. Gundiſaluus de Arriaga M. & ſecundus Diffinitor.*

*F. Ildephōſus Gallego M. & tertius Diffinitor.*

*F. Ioānes Garcia de Dueñas Præſentatus, & quartus Dif-*

Fr. Andreas [illegible]
Carrillo



ritatibus, & cenſuris quas vſque ad præſentium noti-tiam incurrerunt abſolui queant, ſicut poterant ab ipſo R. A. P. N. Prouinciali.

Omnem noſtram authoritatem deffinitiuam reſerua-mus, vſque ad Feriam 4. incluſiue, eamque committimus R. A. P. N. Prouinciali, & aſſignamus Capitulum futurum de electione Prouincialis celebrandum Anno 1651. Dominica Deus qui errantibus Conuentui noſtro S. Ildephonſi Regalis Taurenſis, iuxta decretum Apoſtolicum. Et his actis impræſentis, & manu R. A. P. N. Prouincialis, & ſigillo munitis omnimodam fidē adhiberi volumus. Datis in noſtro Conuentu S. Dominici Benauentanõ. Die 29. Aprilis. Anno Domini 1649.

*Fr. Raphael Maurio M. & primus Diffinitor.*

*Fr. Gundiſaluus de Arriaga M. & ſecundus Diffinitor.*

*F. Ildephonſus Gallego M. & tertius Diffinitor.*

*F. Ioannes Garcia de Dueñas Præſentatus, & quartus Diff.*

